BVLA DE CONSERVADVRIA, ESPECIAL para el Monasterio de Fitero, dirigida à los PP. Comendadores de la Merced de Tudela, y Tarazona, de el Papa PAVLO IV.

PAVLVS Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filijs Beatæ Mariæ de Mercede, seu Redemptionis captivorum, Tirasonensis, & S. Nicasij, etiam eiusdem Beatæ Mariæ de Mercede, aut Redemptionis captivorum, Oppidi de Tudela, Tirasonensis Diœcesis Monasteriorum, per Præceptores gubernari solitorum, Præceptoribus; ac Decano Ecclesiæ Tirasonensis; salutem, & Apostolicam benedictionem. *Ex parte dilectorum filiorum*, Abbatis, & Conventus Monasterij de Fitero, Tirasonensis Diœcesis, fuit propositum coram nobis, quòd licet olim ad dilectorum filiorum Abbatum, Abbatissarum, & Conventuum ipsius Ordinis, instantiã, à felicis recordationis Clem. Papa VI. prædecessore nostro; litteræ pro *conservatione privilegiorum, immunitatum, exemptionum, iurium, & bonorum* eiusdem Ordinis, & illius Conventuũ, & Monasteriorum, in forma incipiente. *Militanti Ecclesiæ, Venerabilibus fratribus Mirapicensi, & Lovaniensi Episcopis, ac dilecto filio Abbati Monastery S. Saturnini Tholosani*, vel alijs Iudicibus, cum clausula *quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum*, directæ, sub plumbo, obtentæ fuerint; prout in eis, sub datis videlicet, Avinione II. nonas Februarij, Pontificatus ipsius Clementis prædecessoris anno 9. expeditis, plenius dicitur contineri, & pro tempore existens Abbas, & Conventus ipsius Monasterij de Fitero, ipsis litteris, & in eis contentis, vti, ac, dum, & quando ipsi Episcopi, & Abbas S. Saturnini, aut *alij Iudices*, quibus ipsæ litteræ directæ sunt, vel duo, aut vnus eorum, pro ipsorum Abbatis, & Conventus Monasterij de Fitero parte, fuerint requisiti, ad omniũ,

Bula especial de Conservaduria.

& singulorum, in eisdem litteris contentorum, executionem, procedere possint. *Quia tamen* eisdem Abbati, & Cōventui Monasterij de Fitero, quotiescumque casus tam pro eis, quàm ipsius Monasterij de Fitero *donatis, familiaribus, servitoribus*, & PANIAGVADOS *vulgariter nuncupatis, ac commensalibus, vel eorum aliquo* evenire contigerit, difficile reddatur ad eosdem Episcopos, & Abbatem S. Saturnini, aut alios Iudices, vel eorum aliquē, recursum habere, cùm in longinquis partibus existant. Ideò pro parte præfatorum Abbatis, & Conventus Monasterij de Fitero, nobis fuit humiliter supplicatum, vt loco dictorum Episcoporū, & Abbatis S. Saturnini, vel aliorum Iudicum, aliquos alios probos viros deputare, aliàsque eis, in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica, dignaremur. *Nos igitur* dictarum litterarum tenorem, ac si de verbo ad verbum insereretur, præsentibus, pro expresso, habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, *quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum*, si, & postquam ipsæ litteræ vobis præsentatæ fuerint, dum, & quando casus, seu necessitas; *tam pro ipsis Abbate, & Conventu Monastery de Fitero, quàm alÿs supradictis, vel eorum aliquo*, occurrerit; ad earumdem litterarum, & omnium in eis contentorū, executionē, earum forma servata, procedatis; ac omnia in dictis litteris cōtenta faciatis, & exequamini, ac si ipsæ litteræ vobis à principio directę fuissent. *Non obstantibus* piæ memoriæ Bonifacij Pap. VIII. etiam prędecessoris nostri, de vna; & Concilij Generalis, de duabus dietis; dummodo vltra tres dietas, aliquis, authoritate præsentiū, ad iudiciū non trahatur, alijsq; Constitutiouibus, & Ordinationibus Apostolicis; *ac omnibus illis, quæ idem Clemens, prædecessor, in eisdem suis litteris, voluit non obstare; cæterisque contrarÿs quibuscumque*. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domi-

minicæ millesimo quingentesimo, quinquagesimo sexto: quinto Idus Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.
Loco ✠ Sigilli.

BVLA DE CONSERVADVRIA, ESPECIAL para el Monasterio de Fitero, dirigida al Dean de la Ciudad de Calahorra, de el mismo Papa Paulo IV.

Bula de Paulo IV. de Cõservaduria, dirigida al Dean de Calahorra.

PAVLVS Episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio Decano Ecclesiæ Calagurritanensis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum, pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monasterij de Fitero, Cisterciensis Ordinis, Tirasonensis Diœcesis, exposito; quod licet olim ad Abbatum, & Abbatissarum, ac Conventuum ipsius Ordinis instantiam litteræ Apostolicę Conservatoriæ incipientes, *Militanti Ecclesiæ*, sub plumbo, Venerabilibus Fratribus, *Mirapicensi*, & *Lovaniensi Episcopis*, *ac dilecto filio Abbati Monasterij Sancti Saturnini*, *Tholosani*, vel alijs Iudicibus cum clausula, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, directæ, obtentæ fuissent, prout in ipsis litteris plenius dicebatur contineri; & ipsi Abbas, & Conventus Monasterij de Fitero, ipsis litteris vti, ac ipsi Iudices Conservatores, quandocumque pro eorumdem Abbatis, & Conventus de Fitero parte fuissent requisiti, ad omnium, & singulorum in eisdem litteris contentorum executionem procedere potuissent. Quia tamen dictis Abbati, & Conventui de Fitero, occurrente casu, reddebatur difficile ad dictos Iudices Conservatores, propter loci distantiam, habere recursum; pro ipsorum Abbatis, & Conventus de Fitero parte, nobis humiliter supplicato, vt eis in præmissis opportunè providere dignaremur NOS dictarum litterarum tenorem, pro expresso, habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, di-

lectis

lectis filijs Beatæ Mariæ de Mercede, Tirasonensis; & Sancti Nicasij de Tudela, Tirasonensis Diœcesis, Monasteriorum, per Preceptores gubernari solitorum, Præceptoribus; ac Decano Ecclesiæ Tirasonensis, per alias nostras, sub plùmbo, expeditas litteras, dedimus in mandatis, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, si, & postquam dictæ priores littèræ eis præsentatæ fuissent, ad ipsarum priorum litterarum executionem, earum forma servata, procederent, ac omnia in eis contenta facerent, & exequerentur, ac si ipsæ priores litteræ eis à principio directæ fuissent, prout in ipsis nostris litteris, plenius dicitur contineri. Cùm autem, sicut exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum Abbatis, & Conventus de Fitero, petitio continebat, ipsis persæpè contingat, contra in Regno Castellæ degentes, pro suorum iurium, & bonorum defensione, coram eorum Iudicibus Conservatoribus agere, idque commodè facere non possint, cum in ipso Regno Castellæ aliquem Iudicem Conservatorem non habeant; ideò pro ipsorum Abbatis, & Conventus de Fitero parte nobis fuit humiliter supplicatum, vt loco dicti Decani, aliquem probum virum in eodem Regno Castellæ subrogare, & deputare, aliasque eis in pręmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur posterioribus supplicationibus inclinati, discretioni tuæ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus si, & postquam priores, & posteriores litteræ pręclictæ, tibi pręsentatæ fuerint, ad earum, & in eis contentorum executionem, earum forma servata, procedas; perinde ac si, ipsæ posteriores nostrę litterę tibi, & non ipsi Decano Tirasonensi, directæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctùm Petrum, anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, octavo Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

BVLA

BVLA DE CONFIRMACION DE LA IVRISdicion Eclesiastica del Monasterio, en su Iglesia, territorio, y vezinos de Fitero, del Papa PIO IV.

PIVS PAPA IV. ad perpetuam rei memoriam. His, quæ pro Monasteriorum, & aliorum Regularium quorumlibet statu, & commoditatibus, providè facta, & concessa fuisse dicuntur, vt illibata perdurent, libenter, cum à nobis petitur, nostri adijcimus roboris firmitatem. Cum itaque, sicut dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus de Fitero, Cisterciensis Ordinis, Tirasonensis Diœcesis, petitio continebat; aliàs felicis recordationis Innocentius IV. Innocentius VIII. Iulius II. & plures alij Romani Pontifices, prędecessores nostri, diversa privilegia, gratias, facultates, exemptiones, libertates, immunitates, & indulta, omnibus, & singulis Abbatibus, Monasterijs, & Conventibus, tam virorum, quàm mulierum Cisterciensis Ordinis, ac ipsorum Monasteriorum Fratribus, Donatis, Familiaribus, etiam Paniaguados nuncupatis, per diversas litteras suas concesserint, ac concessa approbaverint, & confirmaverint, prout in eis pleniùs continetur; dicti Abbas, & Conventus in pacifica possessione privilegiorum, indultorum, & exemptionum huiusmodi existant, *ac tam ipsi, quàm dilecti fily, eorum vassalli, & alij subditi, ac Fratres,* Donati, Familiares, etiam Paniaguados nuncupati, ab omni Ordinaria, & Metropolitica iurisdictione liberi, immunes, exempti, Sedique Apostolic ę dũtaxat immediatè subiecti; *præterea dilecti fily Incolæ loci de Fitero, Ecclesiæ etiam Porochialis ipsius Monastery Parochiani existant, ac inibi omnia Ecclesiastica Sacramenta recipiant, ac Abbas, & præfati Conventus in eos iurisdictionem puniendi, & castigandi habeant, ac in dicto loco Ordinariam iurisdictionem, etiam cum facultate relicta, & legata ad pias causas, visitandi, &*

Bula del Papa Pio IV. de la jurisdiccio Eclesiastica.

illa adimplere faciendi, ac quibuscumque idoneis Verbum Dei prædicandi, quæstuandi, sepeliendi, & Presbyteris Sæcularibus aliarum Diœcesum, ibidem celebrandi licentiam concedendi, & pro tempore concessam revocandi, ab immemoriali tempore, & citra exercuerint, & exerceant; nos illos in præmissis, quantum possumus, confovere volentes, ipsosque Abbatem, & Conveutum, ac eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon singularum litterarum prædictarum tenores, præsentibus pro expressis habentes; eorumdem supplicationibus in hac parte inclinati, omnia, & singula privilegia, gratias, facultates, exēptiones, indulta, & alia præmissa, Monasterio, ac illius Abbati, & Conventui, necnon Fratribus, Donatis, Familiaribus, Paniaguados nuncupatis, Vasallis, & Subditis suis prȩfatis, vt præfertur, concessa, quatenus sint in vsu, authoritate Apostolica, tenore præsentium, EX CERTA SCIENTIA *nostra, approbamus, & confirmamus*; decernentes irritum, & inane, quidquid secus contra ea, per quoscumque, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabili Fratri, *Episcopo Pisauriensi*, & dilectis filijs, *Præceptori Monasterij per Præceptorem gubernari soliti, S. Nicasij de Tudela, Tirason. Diœc. ac Decano Ecclesiæ Calagurritanensis*, per præsentes commitimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, vel alios, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis, & Conventus præfatorum, seu alicuius eorum, fuerint requisiti, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra, eos, & eorum singulos appro-

ba-

batione, confirmatione, & decreto præmissis, pacificè gaudere; non permittentes eorum quempiam, per locorum Ordinarios, seu Metropolitanos, aut quotiescumque alios, contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, vel perturbari; contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam pecuniarias, eorũ arbitrio moderandas, aliaque iuris, & facti remedia opportuna, *appellatione postposita*, compescendo; legitimisque, super his habendis, servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, agravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, contrarijs quibuscumque; aut si locorum Ordinarijs, seu Metropolitanis præfatis, vel quibuscumque alijs, communiter, vel divisim, Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huivsmodi mentionem. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima tertia Iulij, anno millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri anno primo.

EXECVTORIAL DE LA BVLA ANTECEDENTE, despachado por Ludovico Simoneta, Obispo Pisauriense.

Executorial de Ludovico Simoneta, para la Bula de la jurisdiciõ Eclesiastica.

VNiversis, & singulis præsentes litteras, seu hoc præsens publicum processus instrumentum, visuris, lecturis, pariter & audituris, præsertim illi, vel illis, cuius, seu quorum interest, intererit, aut interesse, quòsque in-

infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cẽſeantur, aut quacumque fulgeant Dignitate: LVDOVICVS SIMONETA, Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia, Epiſcopus Piſaurienſis, Iudex, & Executor ad infra ſcripta, vna cum quibuſdam alijs, noſtris in hac parte Collegis, cũ illa clauſula, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus, etiam in ſubinſertis litteris Apoſtolicis contenta, à dicta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò veriùs Apoſtòlicis, firmiter obedire mãdatis. ¶ Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Pij, divina providentia Papæ IV. in forma Brevis expeditas, & ſub annulo Piſcatoris, more Secretarię Apoſtolicę ſigillatas, ſanas ſiquidem, & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, vt in eis prima facie apparebat, nobis pro parte Abbatis, & Conventus Monaſterij de Fitero, Ciſtercienſis Ordinis, Tiraſonenſis Diœceſis, principalis, in eiſdem litteris Apoſtolicis principaliter nominati, coram Archivij Romanę Curię Scriptore, & teſtibus inſraſcriptis, præſentatas, nos, cum ea qua decuit reverentia, noveritis recepiſſe, huiuſmodi ſub tenore. ¶ PIVS PAPA IV. AD PERPETVAM REI MEMORIAM. HIS QVÆ, &c. *QVE ES LA BVLA ANTECEDENTE.*

Proſigue el Executorial

POST QVARVM quidem litterarum Apoſtolicarum pręſentationem, & receptionem, Nobis, & per Nos, vt præmittitur, factas, fuimus pro parte dictorum Abbatis, & Conventus principalis, principaliter nominati, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem, procedere dignaremur, iuxta traditam per eas à Sede Apoſtolica prędicta, nobis formam. Nos igitur LVDOVICVS SIMONETA, Epiſcopus, Iudex, & Executor prefatus, at-

ten-

tendentes, requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, volenteſque mandatum Apoſtolicum,nobis directum, reverenter exequi, vt tenemur: idcircò authoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, hunc noſtrum proceſſum, omniaque, & ſingula in eis contenta, vobis omnibus,& ſingulis ſupradictis,quibus noſter proceſſus dirigitur, intimamus, inſinuamus,& notificamus, & ad veſtram,& cuiuslibet veſtrum,notitiam deducimus, & deduci volumus per pręſentes; voſque nihilominus, & veſtrùm quemlibet tenore pręſentiū requirimus, & monemus primò, ſecundò, tertiò,& peremptoriè,communiter, vel diviſim, ac vobis, & veſtrum cuilibet,in ſolidum,in virtute Sanctę obedientię, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis, diſtrictè pręcipientes mandamus,quatenus intra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem,ſeu notificationem pręſentium, ac requiſitionem,vobis, ſeu alteri veſtrum deſuper factas,& poſtquam pro parte dictorum Abbatis, & Conventus principalium, vigore pręſentium ſuper hoc fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, immediatè ſequentium, quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies,vobis vniverſis, & ſingulis ſupradictis, pro tertio, & peremptorio termino, hac monitione canonica aſſignamus, eoſdē Dominos Abbatem, & Conventum principales approbatione,cōfirmatione, & decreto præmiſſis pacificè frui,& gaudere faciatis, & permittatis, ac quilibet veſtrum faciat, & permittat: inhibentes nihilominus, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac alijs quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis,& Sęcularibus,cuiuſcumque dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ne dictum Abbatem, & Conventum principales, contra preinſertarum litterarū Apoſtolicarum tenorem,quomodolibet indebitè moleſtetis, ſeu moleſtent, nec moleſtantibus ipſos detis, ſeu dent

auxilium, consilium, vel favorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quęsito colore, sed in omnibus, & per omnia mandatis Apostolicis, atque nostris huiusmodi pareatis, seu pareant, realiter, & cum effectu: quod si forsam præmissa omnia, & singula non adimpleveritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, mandatisque, & monitionibus nostris huiusmodi, imò veriùs Apostolicis non parueritis realiter, & cum effectu; nos in vos omnes, & singulos, qui culpati fueritis in pręmissis, & generaliter in contradictores quoslibet, & rebelles, ac impedientes eosdem Abbatem, ac Conventum principales super pręmissis in aliquo, aut ipsos impedientibus dantes auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quovis quæsito colore, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, ex nunc prout ex tunc, & è contra, singulariter in singulos, prędicta sex dierum, canonica monitione pręmissa, excommunicationis; in Capitula verò quarumcumque Ecclesiarum, & Convētus, ac Collegia quæcumque, in his forsam delinquentia, suspensionis à Divinis; & in ipsorum delinquentium, & rebellium Ecclesias, Monasteria, & Capellas, interdicti Ecclesiastici sententias per alios sex dies, prefatos duodecim immediatè sequentes, si animo, quod absit, sustinueritis indurato, vos ex nunc, prout ex tunc, & è contra, huiusmodi canonica monitione pręmissa in his scriptis, excommunicationis sententia, authoritate Apostolica supradicta, innodamus. Cæterùm cum ad executionem præsentium vlteriùs faciendam, nequeamus quoad præsens personaliter interesse, pluribus alijs arduis in Romana Curia legitimè prępediti negotijs: Vniversis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Subcentoribus, Sacristis, & tam Cathedralium, & Metropolitanarum, quàm Colle-

gia-

giatarum, Canonicis, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenentibus eorumdem, Plebanis, Vicepleba-nis, Archipresbyteris, Vicarijs perpetuis, Capellanis, Curatis, Altaristis, Presbyteris, Clericis, ceterisque viris Ecclesiasticis, in quibuscumque Dignitatibus, gradibus, vel officijs, Notarijsque, & Tabellionibus publicis quibuscumque, per Civitatem, & Dioecesim Tirasonensem, ac aliàs vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum super vlteriore executione dicti mandati Apostolici, atque nostri, facienda, authoritate Apostolica supradicta, tenore praesentium, plenariè committimus vices nostras, donec eas ad nos specialiter, & expressè duxerimus revocandas, quos, Nos etiã, & eorum quemlibet, insolidum, in virtute Sanctae obedientiae, & sub praedictis sententiarũ poenis requirimus, & monemus primò, secundò, tertiò, & peremptoriè, communiter, vel divisim; eisque nihilominus, & eorum cuilibet, in virtute Sanctę obedientię, & sub excommunicationis poena, quam in eos, & eorum quemlibet, nisi fecerint, quae mandamus, ferimus in his scriptis, districtè praecipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium post praesentationem, seu notificationem praesentium, ac requisitionem, eis seu eorum alteri, desuper factas, immediatè sequentium, quos dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, hac monitione canonica assignamus; ita tamen, quod in his exequendis, vnus eorum alterum non expectet, neque vnus pro alio, seu per alium se excuset, ad vos omnes singulos supradictos, personasque, & loca alia, & quibus, vbi, quando, & quoties expediens fuerit, personaliter accedant, seu accedat, & pręfatas litteras Apostolicas, huncque nostrum processum, & omnia, & singula in eis contenta, vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel divisim legant, intiment, & insinuent, & fideliter publicari procurent; eisdẽ Abbati,

&

& Conventui principalibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant; neque permittant, eoſdem Abbatem, & Conventum principales contra approbationem, confirmationem, & decretum huiuſmodi per dictorum Ordinis, ſeu Monaſterij Patrem, & alios ſuperiores, etiam Generalem, ſeu quoſcumque locorum Ordinarios, ac Iudices, & perſonas Eccleſiaſticas, tam Seculares, quàm Regulares, & alios quoſcumque, quacumque authoritate fulgentes, in perſonis, rebus, & in iuribus deſuper tacitè, vel expreſsè, directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, moleſtari, & perturbari, aut quomodolibet inquietari; neque moleſtent, perturbent, aut inquietent: ſed eoſdem Abbatem, & Conventum principales, approbatione, confirmatione, & decreto præmiſſis, in præinſertis litteris contentis, vti, frui, & gaudere faciant, & quilibet eorum faciat. Et ſi nihilominus Nobis Epiſcopo Piſaurienſi, & alijs, quibus noſter proceſſus dirigitur, mandatiſque, & inhibitionibus noſtris huiuſmodi, imo verius Apoſtolicis, parere, & obedire renuerint, ſeu illa neglexerint, contumaciter adimplere. NOS, tunc Sereniſſimum D. Philippum Hiſpaniarum Regem, & ſucceſſores ſuos pro tempore Hiſpaniarum Reges Catholicos, ac quoſcumque alios Dominos, Principes, Duces, Comites, Barones, cæteroſque Nobiles quoſcumque per Regnum Hiſpaniarum prædictum, iuriſdictionem temporalem, & ordinariam quomodolibet exercentes, eorumque Locatenentes, & eorum quemlibet, tanquam Religionis, & fidei Chriſtianæ Principes, & Defenſores, ex parte prælibati D. N. Papæ requirimus, & monemus, ac attentè rogamus ipſos, & eorum quemlibet, poſtquam pro parte noſtra fuerint requiſiti, ſeu eorum alter fuerit requiſitus, per ſe, vel alium, vel alios, qui verè, catholicè, ſeu in hac parte, noſtra fecerint, officij dexteram extendentes, infra ſex dies poſt præſentationem, ſeu notificationem prædictarum

rum litterarum Apostolicarum, præsentiumque requisitionem, eis, seu eorum alteri desuper factam, vt præmittitur, immediatè sequentes, omnesque alios monitos prędictos, & contradictores, & rebelles, & eorum quemlibet, prout in his culpabiles fuerint, qui sic iudicium, & censuram Ecclesiasticam contempserint, per captionem, & distractionem bonorum suorum mobilium, & immobilium, in ipsorum iurisdictione consistentium, & deinde per ipsarum personarum captionem, & detentionem, & alium quemcumque modum canonicum, quibus eisdem Dominis tẽporalibus, aut eorum Officialibus videbitur expedire, authoritate nostra, imo verius Apostolica prædicta, compellant, etiam manu forti, absque tamen gravi lęsione corporum eorumdem, vsque ad integram satisfactionem, & paritionem omnium, & singulorum in præsenti processu cõtentorum, & aliàs ipsos inobedientes, & rebelles, & eorum quemlibet adstringant ipsorum potentia brachij sæcularis, donec ad obedientiam Sanctæ Matris Ecclesiæ redeant, & processibus nostris ante dictis paruerint, beneficiumque absolutionis à supradictis sententijs, censuris, & pœnis meruerint obtinere; & generaliter omnia alia, & singula, nobis in hac parte commissa, plenariè exequantur, iuxta præinsertarum litterarum Apostolicarum, & pręsentis nostri processus vim, formam, continentiam, & tenorem; ita tamen, quod dicti Subdelegati nostri, & quicumque alius, seu alij, nihil in pręiudicium dictorum dudum Abbatis, & Conventus principalis, vel Procuratoris sui, valeant attentare quomodolibet in præmissis, nec in processibus per nos habitis, aut sententijs per nos latis, absolventes, vel suspendentes, aliquid dimittant; per processum autem nostrum huiusmodi nolumus, nec intendimus, nostris in aliquo pręiudicare Collegis, quominus ipsi, vel eorum alter, servato tamen hoc nostro processu, in huiusmodi

negotio providere valeant, prout eis, vel eorum alteri, visum fuerit expedire: præfatasque litteras Apostolicas, & hunc nostrum processum volumus, penes dictos Abbates, & Conventum principales, vel eorum Procuratorem remanere; contrarium verò facientes, præfatis nostris sententijs, prout in his scriptis per nos latæ sunt, dicta canonica monitione præmissa, ipso facto volumus subiacere, mandamus tamen copiam fieri de præmissis competentibus, & habere debentibus, petentium quidem sumptibus, & expensis; absolutionem verò omnium, & singulorum, qui in præfatas nostras litteras, seu eorum aliquid incurrerint, quoquo modo, nobis, vel Superiori nostro, tantummodo reservamus. In quorum omnium, & singulorum fidem, ac testimonium prèmissorum, prèsentes litteras, sive præsens publicum instrumemtum processus exinde fieri, & per Notarium publicum Archivij Romanæ Curiæ Scriptorem infrascriptum, subscrivi, & publicari mandavimus, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione muniri. Datis, & datum Romæ in domo habitationis nostræ solitæ residentiæ, sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, Indictione tertia, die verò vigesima nona mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pij Papæ IV. anno eius primo, præsentibus ibidem Dominis Didaco Davila, & Ioanne Viginadi, eiusdem Archivij Romanæ Curiæ Scriptoribus, testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis. Et ego Petrus Vincentius Ferrer, Clericus Vicensis Diœcesis, Archivij Romanę Curię Scriptor, qui præmissis omnibus, & singulis interfui, ideo huiusmodi processum subscripsi,& publicavi rogatus, & requisitus. Locus ✠ Sigilli.

RESCRIPTO DE LA S. CONGREGACION DE *Cardenales del Concilio, al Obispo de Tarazona, para que se abstenga de la Visita de la Parroquial de la Villa de Fitero.*

CAMLLVS BVRGHESIVS, Prothonotarius Apostolicus, Sanctissimi Domini Papæ, Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, sententiarum quoque, & censurarum, in eadem Romana Curia, & extra eam latarum, ad litteras Apostolicas quascumque, vniversalis, & merus Executor, ab eodem Sanctissimo Domino nostro specialiter deputatus. Vniversis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Sacristis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, earumdemque Plebanis, Viceplebanis, Curatis Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque, vbilibet constitutis, illique, vel illis, ad quem, vel quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noveritis, quòd nuper fuit coram nobis comparitum, & pro parte RR. DD. Abbatis, & Monachorum Monasterij oppidi de Fitero, NVLLIVS Diœcesis, Ordinis Cisterciensis, coram nobis fuerunt etiam præsentatæ litteræ missivæ, aperte eisdem à Sacra Congregatione Illustrissimorum, & RR. DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacri Tridentini Concilij decretorum Interpretũ concessæ, ac manu Illustrissimi & Rev. D. Hieronymi Cardinalis Matthei firmatæ clausæ sigillo solito, sub die vigesima tertia mensis Martij proximè præteriti, ac Rev. D. Episcopo Tirasonẽsi, cũ libello eisdẽ adiuncto, directæ, tenoris sequẽtis. ¶*Videlicet à tergo*, ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D. CARDINALI MATHEO,

Monitorial de D. Camilo Burgesio.

PRO

Petitorio de el Monasterio à la Santa Cõgregacion.

PRO REV. D. ABBATE MONASTERII DE FITERO; ¶ *Intus verò*, ILLVSTRISSIME; ET REVERENDISSIME DOMINE, In oppido de Fitero existit Monasterium nuncupatum etiam de Fitero, NVLLIVS Diœcesis, Ordinis Cisterciensis, & Ecclesia Monasterij est etiam Parochialis Ecclesia, in qua à tempore immemorabili per Monachos eiusdem Conventus administrantur Sacramenta omnibus,& singulis Parochianis eiusdem oppidi,in quibus Abbates eiusdem Monasterij pro tẽpore exercuerunt, & ad pręsens exercent vtramque iurisdictionem, spiritualem, quasi Episcopalem, & temporalem,etiam quoad spiritualem, privativè ad Episcopum Tirasonensem, prętendentem,quod intra limitem suæ Diœcesis huiusmodi Monasterium cõsistat; & cùm in tali pacifica possessione exercendi huiusmodi iurisdictionem absque molestia permanserint, salva pręsenti iactatione moderni Episcopi Tirasonensis; in decreto autem Sacri Concilij Tridentini, sessione vigesima quinta de Regularibus, capite vndecimo, expresè cautum sit, quod Episcopi non possint visitare Ecclesias, aut loca Monasterijs subiecta, in quibus Monachi exercent vtramque iurisdictionem, & sæpius id etiam in ista Sacra Congregatione decretum fuerit; supplicat propterea Illust. & Rev. Dominationem vestram modernus Abbas dicti Monasterij,vt eadem dignetur rescribere Rev. prędicto Episcopo, quatenus ipsum supra dicta visitatione neque eius Monachos,quoad Sacramentorum administrationem, stante dicta exemptione, nullatenus molestet, nec se in visitatione intromittat; ac de opportuno remedio de sola sua benignitate provideat; & tam Abbas, quàm Religiosi Monachi, pro salute,& exaltatione Illustrissimę Dominationis vestrę Deo suas preces effundent. ¶ *A tergo*, ILL. & Rev. Domino, vti Fratri, ac Episcopo Tirasonensi. Locus ✠ Sigilli. ¶ *Intus verò*, Illust. & Rev. Domine,

vti

vti Frater. Quod nomine Abbatis Monasterij oppidi de Fitero, *nullius*, vt proponitur, *Diœcesis*, Ordinis Cisterciensis, de Parochiali Ecclesia ipsius Monasterij, in eodem oppido sita, positum fuit ab Illustrissimis Patribus, qui Concilij Tridentini decretis interpretandis præsunt, cognoscere licebit ex libello, quem eisdem literis adiunctum Patres censuerunt ad Amplitudinem tuam scribendum: si verò Abbas, & Monachi in dicto oppido vtramque iurisdictionem, spiritualem, & temporalem exerceant, Amplitudini tuæ nullum ius competere, visitandi dictum Monasterium, & eius Ecclesiam, etiam respectu administrationis Sacramentorum, qnod ibidem in Personas Seculares exercetur; nisi tamen maiorem Amplitudo tua in prædicto loco iurisdictionem habeat: quare intellecta in hoc Congregationis sententia, Amplitudo tua ab ea visitatione abstinere debebit; nullamque ea de causa ipsis Monachis molestiam exhibere. Quod superest, Deum Amplitudini tuæ propitium præcamur. Romæ die vigesima tertia Martij, M.D.XCIII. Amplitudinis Illust. & Rev. vti Fratris, Studiosissimus Hieronymus Cardinalis Matheus. *Rej. de la S. Cõgregacion.*

POST QVARVM quidem litterarum, ac decreti, de quo in eis presentationem, coram nobis factam, pro eorumdem Abbatis, & Monachorum parte instanter, & debitè requisiti fuimus, vt in præmissis de opportuno iuris remedio providere dignaremur. Nos tunc, requisitionem attendentes esse iustam, & rationi consonam, & quod iusta petenti non est negandus assensus, discretioni vestre, & cuiuslibet vestrum, insolidum, tenore præsentium committimus, & in virtute Sanctę Obedientię districtè pręcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam illarum vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, imo verius Apo- *Execu r al ymonitorio.*

e sto-

ſtolica authoritate, moneatis, & requiratis primò, ſecundò, tertiò, & pereptoriè dictum Rev. D. Epiſcopum Tiraſonenſem, eiuſque Rev. D. Officialem, & Vicarium Generalem, omneſque alios, & ſingulos, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in executione præſentium nominandos, eiſque ſub bis mille ducatorum auri de Camera Apoſtolica, excommunicationis, & ſuſpenſionis à Divinis, ac interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, præcipiatis, & mandetis, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, vltimo, ac peremptorio termino, hac monitione canonica aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, & quilibet ipſorum debeat, prout eos, & eorum quemlibet concernit negotium huiuſmodi; ab omnibus, & ſingulis moleſtationibus, perturbationibus, vexationibus, & impedimentis eidem D. Abbati, & Monachis, in & ſuper dicta viſitatione dicti Monaſterij, & Eccleſiæ, & exercitatione iuriſdictionis, de quibus latius in dictis litteris, & libello fit mentio, quomodolibet, extraiudicialiter tamen illatis, factis, & præſtitis, inferrique, dari, & prȩſtari, comminatis, ac dandis, & inferendis in futurum, penitus, & omnino deſtitiſſe, & ceſſaſſe, & ſe abſtinuiſſe, ceſſaſſeque, deſiſti, & abſtineri mandaſſe, & feciſſe, dictumque decretum ordinarium, & Congregationis ſententiam omnibus, & per omnia iuxta illius ſeriem, & continentiam obſervaſſe, & adimpleviſſe, obſervarique, adimpleri, & executioni demandari, & deſiſti, ac ceſſari, & ad alia quæcumque remedia pro plenaria dicti decreti executione, neceſſaria, & opportuna, per Nos procedi, & devenire, vidiſſe, & audiviſſe, inſtanteſque prȩdictos in poſſeſſione prȩmiſſorum, in qua exiſtunt, manutenuiſſe, & conſervaſſe, manutenerique, & conſervari

man-

mandasse, præsentibusque nostris monitorialibus litteris in omnibus, & per omnia, deque paruisse, deque paritione huiusmodi nos certiorasse; & insuper modo, & forma pręmissis, ac sub eisdem censuris, & pœnis inhibeatis, & inhibendo expresse præcipiatis, & mandetis eisdem Rev. D. Episcopo Tirasonensi, eiusque Rev. D. Officiali, & Vicario Generali, omnibusque alijs, & singulis in earumdem pręentium executione nominandis, & cognominandis, ne, visis, & receptis pręsentibus, audeant, seu pręsumant, aut ipsorum aliquis audeat, seu præsumat, dictam Ecclesiam, & Nonasterium, contra formam, & tenorem dictarum literarum, decreti, & sententiæ visitare, & contra instantes præfatos aliquam iurisdictionem in præmissis exercere, vel quidquam aliud præter formam, & tenorem illarum attentare, vel innovare, & desuper lite, & causa huiusmodi, coram S. S. Congregatione indecisa pendente, ipsos minimè molestare, vexare, turbare, vel impedire, aut molestari, vexari, vel perturbari facere, quovis prætextu, quæsitove colore, causa, vel ingenio; quod si secus factum fuerit, id totum revocare, & in pristinum statum reducere curabimus, iustitia mediante: alioquin prædictos sic monitos, si in præmissis sese fore gravatos senserint, peremptoriè citetis, & citare curetis, prout Nos citamus eosdem; quatenus sexagesima die, post citationem huiusmodi, per vos eisdem factam immediatè, idque si dies ipsa iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica, ex tunc proximè futura, compareant Romæ, in iudicio legitimè, coram nobis, per se, vel Procuratores suos idoneos, causam eorum præsen-

ſentis gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, & recepturi, prout iuſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis, certificantes eoſdem, quod ſive in dicto citationis termino comparuerint, ſive non, Nos nihilominus ad præmiſſa, & ad alia graviora iuris, & facti remedia procedemus, eadem iuſtitia mediante; abſolutionem verò in præmiſſis nobis tantummodo reſervamus. In quorum omnium fidem, præſentes fieri, & per infraſcriptum Curiæ noſtræ Motarium ſubſcribi, Sigillique Romanæ Cameræ Apoſtolicæ, quo in talibus vtimur, iuſſimus appenſione muniri. Datum Romæ in ædibus noſtris, ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto, Indictione ſeptima, die verò quinta Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi D. Clementis Papæ VIII. anno tertio. Ludovicus Ripaleus. Ioanes Franciſcus Vgolinus, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius. Loco ✠ Signi.

EXECVTORIAL, Y SENTENCIAS DEL Real Consejo de Navarra, Sala de Alcaldes, y de la Nunciatura, obtenidas por el Abad, y Monasterio de Fitero, contra el Señor Obispo de Tarazona, sobre la jurisdicion Eclesiastica.

DON FELIPE, POR LA GRACIA DE DIOS Rey de Castilla, de Navarra, de Aragon, de Leon, de Toledo, de Sevilla, de Gerusalen, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Menorca, de Cerdeña, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarbes, de Algecira, de Gibraltar, de las Islas, Indias, y tierra firme del mar Occeano, Conde de Flãdes, y de Tirol, &c. Reverendo en Christo Padre Don Iuan Gonzalez de Munebrega, Obispo de Tarazona, y del nuestro Consejo, hazemos os saber, que por parte de los Abad, Monges, y Convento de Santa Maria de Fitero, ante el Regente, y los del nuestro Consejo, se presentò la peticion siguiente.

executorial del Consejo sobre la jurisdiciõ Eclesiastica. fol. 66. y 67.

¶ Sacra Mag. Los Abad, Monges, y Convento de Santa Maria de Fitero, cuyo es el dicho Lugar, dizẽ: que à noticia de los suplicantes ha pervenido, q̃ en nombre del Reverendissimo de Tarazona se ha dado peticion para la efectuacion de los Decretos del Santo Concilio, y por los del vuestro Real Consejo se ha mandado dar provision, para que pueda executar el tenor del dicho Concilio, tanto, quanto aya lugar de derecho, y en quanto se estiende su jurisdicion; y se ha mandado à los Alcaldes, y otros Oficiales, que le den favor, y ayuda. Y porque el dicho Reverendo podria pretender, que por el dicho Cõcilio tiene visita, por lo que dizen dispone el dicho Concilio en la Sesion veinte y cinco, en el capitulo

on-

onze, el qual pretende le da favor para visitar en el dicho Lugar de Fitero, donde el dicho Abad tiene jurisdicion, visita, administracion de Sacramentos, Cura de Animas, y el dicho Abad, continuando su possession, ha puesto en su Iglesia, y Lugar, à execucion, los Decretos del dicho Sacro Cõcilio, y ha hecho su visita, como parece por los autos de q̃ hazẽ presentacion, y es Abad General, è Cabeça del dicho Monasterio, y tiene Silla con preeminencias Episcopales, è tiene Mitra, Bendicion, Baculo, *Pectoral*, y Gremial, y las otras Insignias Episcopales, y da Tonsuras, è otras cosas, è sobre ello parece que ha avido lite en el Real Consejo, entre el dicho Obispo, y los suplicantes; sobre lo qual tienen sentencia los suplicantes en su favor, en revista: è el dicho Obispo tiene pedida restitucion, ò pretensas nulidades, sobre que ay lite; y pretenderia debaxo de la generalidad del dicho mandamiento, entrar à hazer la dicha visita, no comprehendiendo el dicho capitulo à los suplicantes; antes estando exceptuados en èl; y por aquel no estan derogados los privilegios de la dicha Orden: antes no perjudica en cosa alguna, ni por ello le quita al dicho Convento su drecho que tiene por sus sentencias, y lite; suplican à V. M. mande al dicho Reverendissimo, que en quanto al lugar de Fitero, y su Iglesia, no se entrometa en querer visitar, ni hazer acto ninguno de visita, so muy recias penas, declarando, ò limitando la dicha provision, ò interpretandola, que no comprehenda la licencia dada para la dicha visita, ni el dicho mandamiento, à cosa alguna tocante à la Iglesia, y Monasterio de Fitero, ni el dicho Lugar; y esto por evitar inconvenientes, que entre las partes podria aver; y en ello

re-

recebiràn bien,y merced:è piden justicia. El Licenciado Bayo. ¶ Y las sentencias, que en la dicha peticion hazen mencion, son estas. ¶ *En la causa*, *y pleyto*, que ante Nos, y los del nuestro Consejo es, y pende en primera instancia, entre partes el Reverendo en Christo Padre Don Iuan Gonzalez de Munebrega, Obispo de Tarazona, y del nuestro Consejo, è Lope de Suescun su Procurador, demandante de la vna; y los Abad, Monges, y Convento del Monasterio de Fitero, è Villanueva su Procurador, defendiente de la otra, sobre la possession de exercitar la jurisdicion espiritual, y contenciosa, en la Iglesia, y Lugar de Fitero, y otras cosas en el processo de esta causa expressadas. ¶ *Fallamos*, atentos los autos, y meritos del dicho Processo, y lo que de èl resulta, que devemos restituir, y reintegrar, y por la presente nuestra sentencia definitiva, restituimos, y reintegramos al dicho Obispo de Tarazona, demandante, en la possession de la jurisdicion Eclesiastica, contenciosa, y espiritual, en los vezinos, y moradores del dicho Lugar de Hitero, y que todos los autos necessarios, para exercicio de la dicha jurisdicion, pueda promulgar, y mandar publicar, assi en la dicha Iglesia de Hitero, como fuera de ella, en lo tocante à los dichos vezinos, y moradores del dicho Lugar; y desque restituido, y reintegrado, lo amparamos en ella; y inhibimos, y vedamos à los dichos Abad, Monges, y Convento de Hitero, que no inquieten, ni perturben al dicho demandante, en la jurisdiciõ: y assi lo pronunciamos, y mandamos, sin costas. El Lic. Espinosa, el Lic. Verio, el Lic. Valanza, el Lic. Pasquier, el Lic. Miguel de Otalora. ¶ En la Ciudad de Pamplona, en Consejo, y en juizio, Sabado à 20. dias

Sentencia de vista del año 1557.

Pronunciacion.

dias del mes de Noviembre de mil y quinientos y cincuenta y siete años, fue leìda, pronunciada, y declarada esta sentencia, de esta otra parte expressada, como, y de la manera, que por ella se contiene; presentes Lope de Suescun, y Villanueva, Procuradores de ambas partes. Y el dicho Villanueva dixo, que suplicava de ella, como de hecho suplicò; y el dicho Lope dixo, que adereciendo à su suplicacion, pidia mejoramiento de sentencia, en todo lo que lugar huviere de drecho, y costas; presente el señor Lic. Espinosa, Regente del Consejo Real, Miguel de Zubiri Secretario. ¶ *EN LA CAVSA*, y pleyto, que ante Nos, y los del nuestro Consejo, es, y pende en grado de revista, entre partes, el Reverẽdo en Christo Padre Don Iuan Gonzalez de Munebrega, Obispo de Tarazona, y del nuestro Consejo; y Lope de Suescun su Procurador, demandantes de la vna; y los Abad, Monges, y Convento del Monasterio de Hitero, è Villanueva su Procurador, defendientes de la otra; sobre la possession de exercitar las jurisdiciones espiritual, y contenciosa en la Iglesia, y lugar de Hitero, y otras en el processo de esta causa contenidas. *Fallamos*, atentos los autos, y meritos del dicho Processo, y lo que dèl resulta; que la sentencia de los del nuestro Consejo, que de esta causa conocieron, por lo nuevamente alegado, y probado, es de emendar, y para la emendar, que devemos de revocar, y revocamos aquella, y absolvemos, y damos por libres, y quitos à los dichos defendientes, del pedimẽto, y demanda contra ellos en esta causa presentada; y assi lo pronunciamos, y declaramos, sin costas. El Licenciado Espinosa, el Lic. Verio, el Lic. Valanza, el Lic. Pasquier, el Lic. Otalora, el Lic. Atondo.

Sentencia de revista del año de 1559.

En

¶ En la Ciudad de Pamplona, en Consejo, y en juizio, Miercoles à diez dias del mes de Mayo de mil y quinientos y cincuenta y nueve años, fue leìda, pronunciada, y declarada la presente, y de esta otra parte escripta sentencia definitiva, si segunt, y como por ella se contiene; siendo presentes Lope de Suescun, y Iuan de Villanueva, Procuradores de ambas partes: presente el señor Licenciado Espinosa, Regente del Consejo Real, Miguel de Zubiri Secretario. Por traslado, Iuan de Zunzarren, Secretario. ¶ Y leida dicha peticion, y sentencias de suso incorporadas, que con ella se presentaron, y tambien los autos hechos, y proveidos por el dicho Abad de Hitero en su dicha Iglesia, y Lugar, en cumplimiento del dicho Sacro Concilio, que de su parte le ha ido guardando; y visto tambien el capitulo onze de la Sesion veinte y cinco, q̃ en la dicha peticion se acota: y tratado, y conferido todo esto, en el dicho nuestro Consejo, fue en èl acordado; que deviamos mandar, dar esta nuestra carta, para Vos, en la dicha razon, y Nos tuvimos lo por bien. *PORENDE* mãdamos à Vos el dicho Obispo, que guardeis en todo, y cumplais la dicha sentencia de revista, entre vos, y el dicho Monasterio declarada, sobre la jurisdicion del dicho Lugar, y monasterio de Hitero, assi espiritual, como temporal, que de suso, como està dicho, và inserta, assi como jaze, y no contravengais, ni intenteis de contravenir à ella, por Vos, ni por otri, directè, ni indirectè en manera alguna, y guardandola vseis de la provision, que os dimos, y libramos en veinte y nueve de Marzo vltimo passado; para q̃ pudiessedes executar el dicho Sacro Cõcilio en este dicho nuestro Reyno, segun el tenor de di-

Pronunciacion.

Decreto, y mandato al Obispo de Taraçona.

Año 1565

dicha provision, sin exceder de ella, ni de esta nuestra moderacion, y limitacion, en cosa alguna; y con esta, y no de otra manera, vseis de ella. Dada en la nuesta Ciudad de Pamplona, so el sello de nuestra Chancilleria, à quinze dias del mes de Abril de mil y quinientos y sesenta y cinco años. El Lic. Otalora, el Lic. Valanza, el Lic. Atondo, el Lic. Torres. Por mandado de su Real Mag. Regente, y los de su Cõsejo Real, en su nombre, Pedro de Aguinaga Secretario. Rubrica. *Manda V. Mag. al Obispo de Tarazona, que en la execucion del Sacro Concilio, no exceda de la sentencia, que contra èl tiene el Abad de Hitero, en la jurisdicion.*

Sentencia de Corte cõtra el Alcalde, sobre pregonar, q̃ los vezinos llevassẽ los niños à Cintruenigo à ser confirmados por el Obispo de Tarazona, de 7. de Deziembre de 1663. fol. 9.

EN la causa, y pleyto criminal, que es, y pende ante Nos, y los Alcaldes de nuestra Corte Mayor, entre partes; el Monasterio Real de Fitero acusante, y Ylarregui, y Mendivil sus Procuradores de la vna; y Iuan de Oñate y Barca, vezinõ de la Villa de Fitero, y Alcalde del crimen de ella, acusado, y Vreta su Procurador, de la otra; sobre que le acusa, que siendo el dicho Monasterio dueño, y señor de la dicha Villa, y tocarle la jurisdicion baxa, y mediana, y mixto imperio en lo secular, y en lo espiritual, y Eclesiastico toda la jurisdicion omnimoda, y privativa, respecto de los casos tocantes à lo Eclesiastico en todos los vezinos, y moradores de la dicha Villa; y el dicho acusado, en doze de Iunio de este año, aviendo llegado à la Villa de Cintruenigo el Reverendissimo de Tarazona à confirmar, echò vando, sin tocarle, ni pertenecerle, por medio del Nuncio de la dicha Villa, pregonando, como en la dicha Villa de Cintruenigo estava el dicho

Re-

Reverendiſſimo, y que los vezinos de dicha Villa de Fitero fueſſen, y llevaſſen à ſus hijos, y hijas à la dicha Villa de Cintruenigo à cõfirmarlos, vſurpando la juriſdicion al dicho Monaſterio, y contraviniendo à las ſentencias preſentadas, fol. 84. haſta fol. 87. porque pide ſea condenado en penas el dicho acuſado, y mandar, que el ſuſodicho, y los demàs ſucceſſores en ſu oficio, no ſe entrometan en echar, ni hazer echar ſemejantes pregones; ſino que ſe obſerven, guarden, y cumplan las dichas ſentencias, y ſobre otras coſas en el proceſſo de eſta cauſa contenidas. *Fallamos*, atentos los autos, y meritos del dicho proceſſo, y lo que dèl reſulta, que devemos de dar, y damos por mal echado el vando, y pregon, que el dicho Iuan de Oñate, Alcalde del Crimen de dicha Villa, hizo echar en 12. de Iunio de eſte año. Y que èl, ni los ſuceſſores en ſu oficio, no ſe metan en echar, ni hazer echar ſemejantes pregones, y le condenamos à que obſerve, y guarde las dichas ſentencias, y en cincuenta libras aplicadas para nueſtra Camara, y Fiſco, y gaſtos de juſticia por mitad: y aſſi lo pronunciamos, y declaramos, con coſtas. El Lic. D. Miguel Lopez de Dicaſtillo, el Lic. D. Iuan de Layſeca y Alvarado, y D. Pedro de Munilla.

Declaraciõ del Nũcio, y remiſſiva de autos, al Vicario General de el Monaſterio en cauſas matrimoniales, de 7. de Octubre de 1651. fol. 224. de los autos.

EN la Villa de Madrid à 7. dias del mes de Octubre de 1651. años, viſtos eſtos autos, y proceſſo por el Iluſtriſſimo, y Reverendiſſimo Señor D. Iulio Roſpilloſi. Arçobiſpo de Tharſo, Nuncio, y Colector general Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña, que ſon entre partes, de la vna, el Fiſcal Ecleſiaſtico del Tribunal del Real Monaſterio de Fitero, de la Orden de San Bernardo; y de la

otra

otra Pedro Sanz, y Ana de Vea; y el Fiſcal Ecleſiaſtico de Tarazona, que de nuevo ha ſalido à eſta cauſa. Dixo, que reformava, y reformò las letras de inhibicion, deſpachadas por eſte Tribunal, y remitia, y remitiò eſte pleyto, y cauſa, al Tribunal del Vicario General, de ante quien vino, para que reponiendoſe del auto, en que mandò hazer ſeparacion, y ſuſpendiendo por aora qualeſquier procedimientos criminales contra el dicho Pedro Sanz, y Ana de Vea, proceda en la cauſa matrimonial, y haga juſticia, como hallare por drecho; ſin perjuizio del drecho del Ordinario de Tarazona, en proceder à execucion de las diſpenſaciones matrimoniales, que por ſu Santidad le fueren cometidas al miſmo Obiſpo: y ſi la parte del dicho Fiſcal de Tarazona quiſiere proſeguir en eſte Tribunal el articulo de la manutencion, intentado ſobre la juriſdicion, vſe de las letras que ſe han deſpachedo, para traer los autos del Conſervador, que determinò el articulo de manutencion: y aſſi lo proveyò, y mandò ſu Iluſtriſſima, y lo firmò el Señor Auditor. *Andreas Mangelus, Auditor.* Ante mi *Chriſtoval Manzano*, *Notario, y Secretario.*